



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DLIV. König Ludwig verleiht den Grafen Bernhard, Albert und Woldemar
von Anhalt die Pfalzgrafschaft Sachsen und die Mark Landsberg mit allen
Besitzungen, welche die Markgräfin Agnes von Brandenburg ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

DLIII. König Ludwig übergiebt dem Könige Johann von Böhmen die ihm durch des Markgrafen Woldemars Tod erlebte Mark und Landschaft Budessin mit der Stadt Kamenz, am 13. September 1320.

Nos Ludovicus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum noticiam presentibus volumus peruenire, Quod nos Illustri Johannis Boemie et Polonie Regis ac Luxemburgensis comitis, Principis et affinis nostri karissimi, affectum et jugem sollicitudinem, quem circa nos et imperium gerit, assidue aduertentes, ipsumque Johannem ad prosequendum commodum et honorem Imperii aliquarum retributionum repensa allicere cupientes, sibi, heredibus et successoribus suis Boemie regibus Marchiam et terram Budensinensem et ciuitatem Camenz ac uniuersum dominium earundem, que ad Imperium ex eo, quod quondam Woldemarus Marchio Brandenburgensis sine herede decessit, fuerant deuoluta, damus, concedimus et donamus ex certa nostra scientia in feudum et jus feudi tenendum et possidendum perhenniter, cum ciuitatibus, censibus, castris, municionibus, opidis, villis, molendinis, siluis, venationibus, rubetis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus et uniuersaliter cum omnibus et singulis iuribus, quocumque nomine censeantur et in quibuscunque rebus consistant, que ad ipsam terram Budensinensem et ciuitatem Camenz pertinere dinoscuntur, volentes ut ipse Johannes et heredes et successores sui, Boemie reges, terram et ciuitatem predictam cum uniuersis pertinentiis et iuribus suis prenotatis habere, jure domini tenere et possidere perpetuis temporibus debeant nobisque et Imperio debite fidelitatis obsequia, ut jus feudorum exigit, de terra et ciuitatibus predictis prestare teneantur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in castris prope villam Hafulach, Idus Septembr., Anno domini millesimo trecentesimo vicefimo, Regni vero nostri anno sexto.

Nach einem im K. K. Geh. Staats-Archiv zu Wien befindlichen Vidimus des Bischofs Johann von Prag und des Herzogs Rudolph zu Sachsen: Datum Pragae sabbato ante dominicam misericordias domini Anno 1339. Abgedruckt in Hoffmann Script. rer. Lusat. IV, 192 mit der Bezeichnung „Haflach“ für den Ort der Ausstellung. Hiermit kam eine sehr fehlerhaft mitgetheilte, vom September 1319 datirte deutsche Urkunde desselben Inhalts in Goldast Append. Comment. de iuribus et privilegiis regni Bohemiae 199 Nr. XXV. und in Lünig's Reichs-Archiv (B. VI) Part. spec. Cont. I, Thl. I, Forts. 1, S. 13. 14. verglichen werden. Diese Urkunde scheint nur eine mit falscher Angabe des Jahres der Ausstellung, verfehene Uebersetzung der vorsehend mitgetheilten Urkunde zu sein.

DLIV. König Ludwig verleiht den Grafen Bernhard, Albert und Woldemar von Anhalt die Pfalzgrafschaft Sachsen und die Mark Landsberg mit allen Besitzungen, welche die Markgräfin Agnes von Brandenburg durch den Tod ihres Gemahls Heinrich I. und seines Sohnes Heinrich II., Markgrafen von Brandenburg, erlangt hat, am 27. September 1320.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum noticiam volumus peruenire, quod regali circumspectione provide attendentes virtutum merita,

quibus illustris Bernhardus, Comes de Anhalt, Princeps et Affinis noster carissimus, longe lateque laudabiliter commendatur, ac multiplicia obsequia, que nobis et Sacro Romano Imperio exhibuit, et in antea studiosius exhibebit, eidem Bernhardo, meritorum ipsius obtentu, ac Illustribus Alberto et Woldemaro Comitibus de Anhalt, Patruis dicti Bernardi, et ipsorum Heredibus, Comitatum Palatinum Saxonie, Principatum et Marchiam in Lantsperch, cum omnibus munitionibus, villis, curiis, bonis quibuscunque et obventionibus ab utraque parte Fluvii Sale, ad dicta dominia seu Principatus spectantibus, cum omnibus bonis simpliciter ac universaliter, que nunc inclita Agnes Marchionissa Brandenburgensis, Soror nostra carissima, possidet, et que ad ipsam devoluta sunt ex obitu Illustrum Hinrici Senioris Mariti ipsius, ac Hinrici Junioris Nati ejusdem, Marchionum Brandenburgensium, queque predicti ab Imperio tenuerunt in feodum, contulimus, ac dictum Bernhardum, Patruos ipsius et heredes eorundem, de omnibus prenomminatis auctoritate regia liberaliter tenore presentium investimus. Insuper infeodamus predictos de Caltris Imperialibus Ghöffhuffen et Altstede cum omnibus redditibus, fructibus, juribus, spectantibus ad ipsa, hac conditione, quod munitionibus et bonis, quas et que dicta Soror nostra Marchionissa Brandenburgensis nunc tenet et possidet, per vite sue tempora sine diminutione qualibet libere usufruatur, post cujus obitum omnia predicta dictis Bernhardo et Patruis suis ac ipsorum Heredibus plene cedent. In cujus rei testimonium presentes literas conscribi et nostre Majestatis Sigillo jussimus communiri. Dat. in Franckenfort oppido nostro regali, V. Kal. Octobris, Anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo, Regni vero nostri Anno sexto.

Nach König's Reicharchiv (Bd. X.) Part. spec. Cont. II, Fbl. III, Fortf. III, S. 166. Gesch. der Pfalzgrafschaft Sachsen S. 208. Leuckfeld Antiqu. Kelbrac. et Altstetf. S. 272. Beckmann's Anhalt. Historie IV, IV, S. 529. Buchholz's Gesch. der Churm. V, Anh. S. 30.

DLV. König Friedrich verspricht dem Grafen Berthold von Henneberg, alle Kaiserlichen Privilegien zu bestätigen und keine Ansprüche auf die von seiner Schwester, der Markgräfin Anna von Brandenburg, und von ihrem Sohne Johann gekauften Güter in Franken zu machen,
den 24. November 1320.

Nos Fridericus, dei gracia Romanorum rex, semper augustus, Ad uniuersorum noticiam publicam cupimus peruenire, quod ob nexum affinitatis et mere fidei constanciam, quibus illustris Berchtoldus comes de Henneberch, princeps noster dilectus, nostre maiestati familiariter est coniunctus, sibi liberaliter promittimus et spondemus, quod omnia priuilegia super iuribus, libertatibus et graciis quibuscunque, sibi a diue recordacionis Romanorum regibus et imperatoribus, predecessoribus nostris illustribus, indulta et tradita, approbare et de certa sciencia innouare, ipsumque et suos heredes de suis feodis veteris et noui domini sui, et nominatim de castro Schawenberch et suis pertinenciis, inuestire auctoritate re-